

3. 3 - *decisioni capitolari nei secoli XV. e XVI. (c. 85.- 88).*

(*inizia in margine superiore da sinistra*) Quae sequuntur Statuta regesta sunt in authentica forma in Codicem Statutorum originalium Cap.li post publicationem ipsorum Statutorum. Vid.t

Reperitur in Archivo Publico, et in Tabula auctentica

Eccl.iae Cath.lis Tar:nae

inter multa alia Satuta, Statutum infrascripti tenoris,

(*quarto fascicolo - carta 85.*)

(*quanto segue è annullato*)

Sub Rubrica. V.t

Rubrica. Quod de coetero fructus primi anni Archidiaconatus, et Vicariatus p.petui, habeantur ad instar fructuum primi anni Praebendarum Canonicalium, et Mansionariarum.

(*non più annullato*) Item (*in margine*) advertentes jure cautum. Ut qui in aliqua re commodum sentit, etiam pro ea sentiat incommodum. Idcirco cum ex forma Statutorum Eccl.iae N.rae Tar:nae, et ex longa, ac laudabili consuetudine, servatum existat, ut cujuslibet Praebendae Canonialis dictae n.rae Eccl.iae quomodocumq; vacantis fructus primi anni in Canipam Cap.li debeat pervenire, sicut et fructus quoque Mansionariorum dictae Eccl.iae distribuendi inter Can:cos, et Mansionarios. Cumq; nullibi cautum reperitur, ut fructus Decanatus, et Vicarij p.petui, ac Archidiaconatus dictae N.rae Eccl.iae vacantium, pro primo anno perveniant in Cap.lum, et aequum sit.

Ut sicuti Decanus, Archid:nus, et Vic:rius p.petuus gaudent, et participant de fructib.s primi anni, aliorum Canoniorum, et Mansionariorum, sic, et de suis disponant in Communi Cap.lari.

Ea propter statuimus, et ordinamus. Quod de coetero fructus primi anni, Decanatus, Archidiaconatus, et Vicariatus perpetui, quomodocumq; vacantium, habeantur ad instar fructuum primi anni Praebendarum Canonicalium, et Mansionariarum dictae n.rae Eccl.iae vacantium, p. Canipariu Cap.li exigantur, et distribuantur, veluti fructus aliorum Canoniorum, et Mansionariorum, nec sup. ijs fructib.s, tam Decanatus, Archidiaconatus, et Vicariatus p.petui, quam aliorum Canoniorum, et Mansionariorum, fieri gratia, (*cancellato e illeggibile*), remissio, vel compositio, sub poena praestiti juram:ti, et si facta fuerit, non teneat.

Ego Antonius Lusa filius S.r Petrigeorgij Lusa nobilis de Civitate Feltri, Notarij, et Civis Tarvisini, Publicus Imperiali auc:te Notarius, Civisq; Tarv:nus ex tabula pubb:ca, et auctentica, continente multa alia Statuta, praesens suprascriptum Statutum, nihil addito, vel diminuto: quod sententiam mutet: de verbo ad verbum fideliter exemplavi, et auscultavi, et in fidem et testimonium me, cum meis signo, et notis fideliter exemplum praedictum roboravi.

Quoniam cum maxima animi molestia Nos Bernardus de Rubeis, Dei, et Ap.licae Sedis Gratia E.pus Tarvisinus, et Comes Berceti, reperimus verba superioris Statuti cancellata, et oblitterata, volentes (ut par est, et . . .

(- *carta 85. tergo*)

et debemus) malitijis hominum obviare, et Statuta ipsa intacta manere, et observari facere.

Ideo mandamus tibi Leonardo Penthareno Cap.li Eccl.iae Tar:nae Notario, ut verba ipsa reformes, juxta tenorem Statuti suprascripti, reperti in Tabula Statutorum Eccl.iae praedictae, sub hu.moi tenore, vid:t.

Ut fructus Decanatus, Archidiaconatus, et Vicariatus perpetui, ut in ipso Statuto: quae verba cadebant in fine lineae sextae in principio, et septimae descendendo in lineam Octavam: . . .

ubi reformatum fuerat de novo, et dicere debebat Decanus. In cuius mandati executionem, Ego idem Leonardus addidi verba superscripta in margine dicti Statuti de p.ntia, et voluntate Reverendorum D.norum Aloixij de Aleotis, Andraeae Asquini Decretorum Doctoris, Fran:ci de Azalib.s, Francisci ab Angelo, et Petri Lauredani: absentib.s R.do D.no Decano: qui post superscriptam commiss.nem recessit; et alijs, qui citati non venerunt. Vid:t R.do D.no Primicerio, D.no Fran:co Novello, D.no Georgio de Zagis, et D.no Lazaro de Beatiss:mis, Canonicis dictae Eccl.iae Tar:nae.

Ego idem Leonardus de mand:to scripsi, die Martis vigesimo secundo Februarij Mill:mo quingent:mo secundo in Camera E.patus Tarvisij.

Quod Mans:rij, et Praebend:ti interesse debeant matutinali Off:o
caeterasq; horas cantare, sub poenis, ut supra.

Cum in dies, nostrorum Clericorum, ad deserviendum Eccl.iae, coeterorumq; vitiorum fomes, adeò in nostra Eccl.ia excrescat, incorrigibiliumq; nonnullorum: qui hoc vitio ad quaeque mala, propensiores facilè redduntur, cervices adeò erigantur: ut cultus divinus, et p. desidiam ad hu.modi minuatur, et p. Superbiam contemnatur, in Dei Omnipotentis contemptum, et populi malum exemplum, graveq; scandalum, ac etiam in maximam ipsorum, et eorum: quib.s Eccl.iae cura demandata est, animarum perniciem. Volentes, quantum in nobis est (un tenemur) et Clementiss:mo Deo, et Eccl.iae, cuius curam gerimus, satisfacere; Perutile, et p.necessarium visum nobis est, hu.moi depravato abusui occurrere, ne Clerici nostri adeò a servitijs, quib.s saedulo sunt obligati, desuescant; ut cum ad bonum. laudabilemq; usum, a quo jamdiù diverterunt, redire sibi esset necessarium, et gradum revocare, et rectas Dei semitas ingredi minimè curent; Et cum velint non facilè possint: cum nihil sit in vita hominis perniciosius, quam in aliquo vitio conscenescere.

Ea propter, tanquam è scopulo; qui in hoc Clericis nostris praesumus, cernentes, eorum vulnera in dies recrudescere, volentes, ipsis salubre offerre remedium: ne magis, ac magis in dies recrudescant, neve debito honore divinus cultus fraudetur, utq; saluti (ut par est) consulatur animarum.

Statuimus, et ordinamus, ut omnes Clerici, qui nunc in Eccl.ia n.ra sunt, et qui in posterum tam Mansionarij, quam Praebendati, . . . singulis

(quarto fascicolo - carta 86.)

singulis noctibus, hora Matutina interesse debeant Matutinali Officio, vel saltem dimidia supradictorum pars, si in Cap.lo congruum visum fuerit; qui vero neglexerint interesse, vel non interfuerint dicto Matutinali Off:o ex nunc intelligantur condemnati in solidos quatuor, pro unaquaque hora Matutinali, qua aberunt praeter poenas, aliàs in nostris Statutis contentas, tam diebus festis, quam feriatis; et possit arbitrio D.ni Decani, vel antiquioris Can:ci duplicari poena, si hoc supradictorum pertinentia exposcerit, quae poena Mandato D.ni Decani p.ntis, et absente, vel negligente D.no Decano, mand:to antiquioris Can:ci: qui si neglexerit exequi, mandato alterius deinceps antiquioris Can:ci, p. Syndicum nostrum Fabricae exigi debeat, sine mora, et sine aliqua compensatione facienda, et Fabricae, Bibliotheq;¹ applicari, vel alteri Fabricae, cui major, et sanior pars Cap.li maluerit; Et quia saepenumèrò fraudolosis, et pertinacib.s, poena, lucrum esse solet.

Volumus, et mandamus; ut omnes, qui poenam in hoc Statuto insertam, vel malitia, vel negligentia, vel dedita opera incurrerint, requisiti a nostro Syndico, vel non requisiti, in fine illius hebdomadae, qui huic nostrae Sanctioni contraverint, eam poenam dicto nostro Syndico integrè persolvant: . . .

¹ *(a lato, in margine sinistro)* Fabrica Bibliothecae.

quod si facere neglexerint, vel distulerint, ex nunc declaramus, Quod eorum interessentia in Divinis, nullum consequantur lucrum, et tanquam absentes puniantur, donec dictam poenam integrè persolverint, et toties hanc poenam incurrant, quoties huic Statuto contravenerint. Cum praeterea dignum esse arbitremur ut uniuscujusq; laborib.s p. merces reddatur; utq; illi, qui pro virib.s non laboraverint, lucrum non faciant.

Statuimus praeterea, ut cum ex praecepto Statutorum hujus Eccl.iae antiquorum, omnes horas Clerici nostri cantare teneantur, debeant quoq; hoc nostro Statuto, et sint obligati matutinam horam in primis, et omnes deinceps alias horas vicissim (ut est moris) pro virili parte cantare; Cum justum non sit, ut vigilantibus, laborantibusq;, et dormientib.s, ocioq; marcescentib.s eadem praemia conferrantur; qui verò Matutinali horae, caeteriq; horis interfuerint, et psalmos, lectiones, caeteraq; hu.moi canendo, non se exercuerint, nihil ex fructib.s Aequaliter percipiant

Ne autem haec nostra Sanctio ab aliquo illudi possit, neq; faudari aditus pateat. Volumus a Domino Decano, et ab antiquiore deinceps Can:co, si praesens matutinae, vel alteri horae Erit: absentib.s vero Can:cis, ab antiquiore deinceps Mansionario: ipsis quoque absentib.s, vel exequi negligentib.s, ab antiquiore deinceps Praebendato, eos, qui huic nostro Statuto contravenerint, observari, et in dies depraehensos annotari, et statim expleto officio nostro annotari, vel Signatori denuntiari: Qui Annotator statim signet, et describat dictorum contravenientium in dies errorem. . . .

(- carta 86. tergo)

Si quis autem ex Mansionarijs, vel Praebendatis, vel timore, vel amore ductus, eos contravenientes depraehendere, et denuntiare neglexerit, vel distulerit, eamdem poenam incurrat, quam in errore depraehensus. Statuimus, ut haec nostra Sanctio condignum possit sortiri effectum, caeteris omnib.s statutis nostris, in suo robore, et virib.s permansuris, quib.s non intelligemus p. hoc p.ns nostrum Statutum, nec abrogatum, nec aliqua parte derogatum etc. -

De pignoratione illorum de Sancto Pelagio, qui tenentur visitare

Corpus divi Liberalis Confessoris, in ejus festo, et p. aliquod tempus cessarunt; Et qualiter nonnulli ex dicta Villa, coram D.no Decano sui nomine, se ita visitare obligatos esse confessi fuerunt: ac de rato promiserunt caeterorum no.ie dictae Villae, quod semper in posterum ejus Corpus visitabunt cum cero saltem cujuslibet Familiae dictae Villae etc.²

In Xp.i No.ie Amen.³ Anno ejusdem Nativitatis Mill:mo Quadrigent:mo (*sopra, corregge* Quatricentesimo) Trig:mo (*corretto sopra in trig.mo*) tertio, Ind:ne XI., die Lune (*qui, e sempre nel documento, il dittongo -ae è corretto in -e*) 21. Mensis 7.mbris, Tarvisij, in Eccl.ia Cath.li (*sopra, corregge: Catredali*), in Sacristia dictae Eccl.iae, p.ntib.s D.no P.sbro Bello de Bellis de Nerdo Rectore Eccl.iae S:ti Bartholomaei de Tarvisio, P.sbro Jacobo de Thrano Rectore Eccl.iae de Maunico, Zamatthaeo Marangono filio Mag.ri Almerici, et Matrhaeo (*sopra, corregge: Matteo*) de Coneglano q:m Petri, Testib.s rogatis, et alijs.

Cum ex forma Statutorum Eccl.iae Cath.lis Tarvisij, Rector Eccl.iae S:ti Pelagij de Verrinis (*sopra, corregge: Vevinis*) de extra Tarvisium: . . .

² *il titolo è tutto sbarrato*

(*a lato, in margine sinistro*) Desunt in original ea, quae litura coercuit.

³ (*come sopra*) 1433. 21. Sep.

cujus Eccl.iae collatio, institutio, destitutio, et provisio, pleno jure spectat, et pertinet Cap.lo Eccl.iae praedictae, et persone, et homines Parrochiani dicte Eccl.iae teneantur, et obligati sint singulo anno in festo B. Liberalis Confessoris, cum Cruce, et Vexillo (*corregge: Vesillo*) suo processionalitèr, et devotè venire ad visitandum Corpus dicti Confessoris Tarvisium, (*corregge: Tarvisinam*) in Eccl.iam Cath.lem (*nuovamente, corregge: Catredali*) pred:tam ubi dictum Corpus requiescit, sub poena contenta in dictis Statutis;

Et ab aliquo tempore citrà dicti homines Parrochiani cessaverunt (*corregge: cessaverint*) et contentiosè cessaverunt (*corregge: cessaverint*) venire, modo predicto, ob quem fuerunt (*corregge: fuerint*) pignorati pro contemptu, et cessatione predictis; Ut de hu.moi pignoratione apparet in Actis Curie D.ni Potestatis, et Capitanei Tarvisij scriptis p. me Notarium infrasc:tum, Nunc verò coram . . .Vene-

(*quarto fascicolo - carta 87.*)

Venerabili, et Sapiente (*aggiunge: Decretorum*) Doctore, D.no Joanne de Mutonibus (*aggiunge: Decano*) Eccl.iae Cath.lis (*corregge: Catredalis*) praedictae Decano⁴, Constituti Toninus, q:m Marci de S:to Pelagio pred:to Maricus Communis, et hominum dicte Ville de Sancto Pelagio, Guecellus (*corregge: Guecello*) dictus Burlo q:m Joannis; Bonfranciscus q:m Rizardi; Bartholomeus q:m Zamboni, S.r Antonius q:m Bartholomei de Roncolis, (*sopra, aggiunge: et Leonardus de Roncolis*) suis proprijs nominib.s, et nomine, et vice aliorum hominum, et personarum Parrochianarum dicte Eccl.iae S:ti Pelagij: pro quib.s promiserunt de rato, et rati habitione agnoscentes errorem suum, et reatum in cessando, et contemnendo venire ad visitationem predictam, dixerunt, et confessi fuerunt homines, et p.sone praedictae S:ti Pelagij, teneri, et obligatos esse ad visitandum processionalitèr cum Cruce, et vexillo (*corregge: vesillo*), in festo S:ti Liberalis, Corpus predictum, et Eccl.iam predictam Cath.lem (*al solito: Catredalem*) et promiserunt dicto D.no Decano, nomine, et vice dicte Eccl.iae, recipienti, singulo anno unum saltem pro domo dicte Parrochie, venire ad Civitatem Tarvisij, cum suo Presb.ro Rectore dicte Eccl.iae processionalitèr cum Cruce, et Vexillo (*al solito: Vesillo*), ad visitandum dictum Corpus, sicuti faciunt alij, qui secundum formam Statutorum praedictorum, venire tenentur: sub poena solidorum quinque parvorum pro quolibet, qui (nullo obstante impedim:to legitimo) venire cessaverit. Dicentes predicti Maricus, et homines, quod p. hanc promissionem, non intendunt, neq; volunt esse obligati ad aliquam factionem, Publicum, seu angariam, tam realem, quam personalem, ultra id, quod p. ante tenebantur, et obligati erant: quam promissionem dictus D.nus Decanus acceptavit, et amisit.

Ego Liberalis q:m Ser Jacobi de Pinidello Civis, et habitator Tarvisij, pubb:cus Imperiali auc.te Notarius, praedictis interfui, eaq; rogatus scripsi.

Quod tres doplerij, qui (quando cantatur Missa funeralis Solemnis)

(*il resto del titolo è sbarrato*) dantur Praesb.ro, Diacono, et Subdiacono: sint Cap.li Tar:ni, ad illudq; pleno jure spectent. etc. quando dicta Missa cantabitur in Eccl.ia Tarv:na; et Praesb.r habeat solidos octo, diaconus quatuor, et Subdiaconus alios quatuor.

Quod si extra dictam Eccl.iam p.dicta cantabitur Missa, dicti Praesb.r, Diaconus, et Subdiaconus faciant ad libitum

In Xp.i (*in margine*)⁵ No.iae Amen. Anno ejusdem Nativitatis mill:mo quadrigent:mo quinto, Ind:ne 13:, die Mercurij, quinto Mensis Januarij, Tarvisij, in Eccl.ia Cath.li Tarvisij, in Sacristia dictae Eccl.iae, P.ntib.s Ven:do Viro D.no P.sbro Petro de la Cela Thesaurario Eccl.iae praed:tae, S.r Andraea de Lancenicho Not:o, et Tholberto de Solico Testib.s, et alijs.

Cum differentia aliqua exorta videretur in dicta Eccl.ia, . . .

⁴ la parola Decano nel testo è cancellata.

⁵ (a lato, in margine sinistro) 1405

(- carta 87. tergo)

occasione oblationis⁶, quae fit, quando cantatur Missa solemniter ad funus alicujus, in dicta Eccl.ia, p. Praesb.rum, Diaconem, et Subdiaconem, quae oblatio est de trib.s doplerijs; An dicti doplerij spectent Cap.lo dictae Eccl.iae, ut spectant aliae oblationes, et funeralia emolum:ta, an dictis Praesb.ro, Diacono, et Subdiacono?

Venerandus, et Sapiens Decretorum Doctor, D.nus Joannes de Mutonib.s Decanus dictae Eccl.iae, habita legitima, et veridica informatione a discretis, et honestis testib.s de consuetudine, et modo dandi dictam oblationem⁷ ditorum trium Cereorum, seu dopleriorum, quod spectet, et pertineat Cap.lo Eccl.iae praedictae, sicuti semper fuit, nulla contradictione existente; Et quod P.sb.r cantans Missam ad funus, habeat solidos octo parvorum, Diaconus solidos quatuor, et Subdiaconus solidos quatuor, et hoc in Eccl.ia Cath.li

Si vero in alia Eccl.ia tale p. praedictos officium celebraretur, quod tunc remaneat in electione celebrantium, accipiendi Cereos, an provisionem sibi statutam ob hoc. Et ut in futurum cesset omnis materia, et causa differentiae talis oblationis dandae cui spectet, ne memoria, quae multoties fallitur, mendacio criminetur.

Ibidem congregatis supradicto Venerando Domino Decano, et Venerandis Domino Joanne Delphino, Petro Benedicto Archid:no, et Amadeo Theodori Canonicis dictae Eccl.iae Cap.larità, nullo alio existente, qui ad dictum Cap.lum posset: p. modum publicae Sanctionis, Statuti, et irrefragabilis ordinationis unanimità, et concordità sanxerunt, et statuerunt.

Quod quodcumque contigerit, Missa solemniter cum Praesb.ro, Diacono, et Subdiacono celebrari in Eccl.ia Cath.li Tarv:na ad funus alicujus, quod oblatio Cereorum, seu dopleriorum, aut exhibitio eorum (licet ipsis celebrantib.s praesententur) tamen spectent Cap.lo praed:to, ut semper fuit de more observatum in dicta Eccl.ia; Et quod dicti celebrantes, de cumulo totius obventionis funeralium praedictorum, habeant Sacerdos solidos octo, diaconus solidos quatuor, et Subdiaconus solidos quatuor. In alijs verò Eccl.ijs, ubi talis solemnitas fieret p. Clerum Eccl.iae praed:tae, tunc arbitrio celebrantis remaneat accipiendi oblationem Cereorum, an provisionem propter hoc limitatam.

Ego Liberalis de Pinidello ultrasc:tus scripsi.

**Quod Chameræ Canonicales
debeant reparari, et in concio teneri**
p. Can:cos, et alios in eis beneficiatos, etc.⁸ –

In Xp.i (*comincia in margine*) No.ie Amen⁹. Anno Dominicæ Nativitatis mill:mo Quadrigent:mo Sexagesimo septimo, Ind:ne 15:, die Jovis 12: Februarij, Tarvisij, in Sacristia Eccl.iae Cath.lis, P.ntib.s Martino de Zagabria diacono, Clerico Tarv:no, et Nuntio Cap.li Infrascriptò, et S.r Hieronymo de Felleto Not:o Tarv:no, Testib.s . . . adhibitis

(*quarto fascicolo - carta 88.*)

adhibitis, et alijs.

Cum sit, quod Chameræ Canonicales in Canonicis praefactae Eccl.iae, et juxta illam consistentes, pro majori parte, sint male in ordine, et ferè destructae, . . .

⁶ (*a lato, in margine sinistro*) Anonimus Turonensis apud Martene de Ant. Eccl.iae Rit. l. 2. c. 4. art. 6. n. 6. fol. 380.: “sciendum (inquit) quia quatuor sunt, quae ad Missas offerri consuevimus, Panis, Vinum, Denarius, et Candelas” scriveva costui nel Secolo XII.

⁷ (*a lato, in margine sinistro: la nota è molto avariata*) ...pientibus Gasparino, et M... et Minigino diaconibus, quorum pro interesse, declaravit, et terminavit, quod oblatio ditorum etc.

⁸ *il titolo è barrato diagonalmente.*

⁹ (*a lato in margine sinistro*) V. Lib. Act. ZZ. c. 137. t.o et segg. A. 1595. 12. Ap.lis. et ibi. 139. t.o. V. Stat. Rubr. 73. p. 13. t.o.

adeò, quòd nisi provideatur de reparatione, in totalem desolationem, et ruinam brevì sunt prorsus iturae, in grave ejusdem Eccl.iae damnum, et jacturam non modicam.

Igitur Venerandi, et praestantes Viri D.nus Galeotus del Corno Decretorum Doctor Decanus, et Can:cus Tarv:nus, Fran:cus de Bladino, et Donatus de Zucchareda Decretorum Doctor Can.ci Eccl.iae anted:tae, constituentes integrum Cap.lum ipsius Eccl.iae, eodem loco sic Capitularitèr congregati et de praemissis, proprio inspectu certiores effecti, volentes hu.moi damno, et jacturae pro eorum virili occurrere, atq; pro bono, et utilitate Eccl.iae, ruinae Chamerarum antedictarum opportunè consulere, et providere unanimitèr, et concorditèr statuerunt, ordinaverunt, et sanxerunt,

Quod omnes, et singuli Can:ci, et quicumq; alij beneficiati Eccl.iae anted:tae, ratione suarum Praebendarum Canonicalium, et aliorum Beneficiorum suorum Chamerarum Canonicales habentes in Can:cis antedictis, teneantur, et debeant p. totum Mensem Maij prox:mè venturum Chamerarum suas unusquisq; aptari, et reparari fecisse, juxtà exigentiam, et opportunitatem Chamerarum cujuslibet eorum, omnib.s aptationib.s, et reparationib.s necessarijs, et deinceps illas, quousque eas obtinuerint, in culmine, in concio tenere, seu teneri facere.

Alioquin possit, et debeat Syndicus Cap.li praed:ti generalis, qui pro tempore fuerit intromittere de fructib.s Praebendarum Canonicalium, et aliorum beneficiorum, Canonicorum illorum, aliorumq; beneficiorum; qui praedicta facere, et observare neglexerint, aut contumacitèr noluerint, infra dictum terminum, et Chamerarum ipsas ejusmodi ex fructib.s ipsis, omnib.s necessarijs (ut praemissum est) facere reparari: ut Clerici praefactae Eccl.iae inservientes, Chamerarum ipsas honestè habitare, et Eccl.iae comodius, ac studiosius valeant deservire.

Cui quidem Statuto, et Sanctioni, ut honestae, aequae, et laudabili, Rev:duus et eximius Decretorum Doctor D.nus Gallasius de Capitelistae Can:cus Bergomensis, R.mi in Xp.o Patris, et D.ni D.ni Fran:ci Barocij Juris U.D., Dei, et Ap.licae Sedis Gr.a E.pi Tarv:ni Vic:rius Gen.lis illicò ibidem, praefactis Testib.s auth.em praefacti R.mi Domini E.pi, et E.patus Tarv:ni interposuit pariterq; Decretum.

Ego Michael de Contrarijs, natus S.r Antonij Civis, et Incola Tarv:nus Pubb:cus, Imperialisq; Notarius, et Curiae E.palis Tarv:nae Canc:rius suprascriptis omnib.s interfui, eaq; mandato rogatus fidelitèr scripsi.

. . .

(- carta 88. tergo)

R.ca Quod omnes, et singuli Mansionarij, et Praebendati Eccl.iae Tarv:nae,
qui quotiescumq; comitabuntur Corpus Christi, cum ad infirmos defferretur,
lucrentur unum punctum, et fiant p.ntes. Et quod Magister Cantus firmi
eligere debeat p. rotulum duos Clericos, qui portare debeant
p. unam hebdomadam Turribola ante ipsum Corpus Christi¹⁰.-

Inter alia pietatis, et devotionis opera, quae ad Cultum Divinum pertinent, Sacerdotes omnes, quorum hoc proprium est, monitionib.s, et exemplo, invigilare debent; Ut Sacratiss:mum Corpus D.ni N.ri Jesu Xp.i, sub cujus vexillo militant, quam maximis honorib.s decoretur, et veneretur, cum in hoc fides, et salus nostra potissimè consistat. Ut p. haec, et alia pietatis, et devotionis opera divinam ipsius gratiam ossequi, et fidelium mentes ad religionem inducere valeant; quod quidem, ut propensius, et anxius efficiatur.

Statuimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli Mansionarij, et Praebendati Eccl.iae Cath.lis Tarv:nae, qui quotiescumq; Sacratiss:mum Corpus Xp.i, dum ad infirmos defferretur, sociabunt, et comitabuntur, praeter quod Altissimi in Conspectu, et Populi, Offitio suo fungentur, lucrari debent unum punctum, et p.ntes fiant, Statuentes nec minus, et ordinantes, quod Magister Cantus firmi, qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat singulis hebdomadis, . . .

¹⁰ (la nota è in alto, in margine sinistro) Hoc in volumine Statut. originalium non reperitur.

Sed eius loco, illud a Nicolai Franchi contra debitores confirmato, instante in decurrente Capitulo: in Ms.Scoti est reg. II. 2.d. p. 5.

eligere p. rotulum, et deputare duos Clericos, qui p. unam hebdomadam totam, quotiescumq; audient sonare Campanem, signum facientem, quod Corpus Xp.i ad infirmas, seu infirmos defferratur, recipere se debeant ad Eccl.iam antedictam, ad portandum Turribula, ante ipsum Sacratiss:mum Corpus, qui Clerici, postquam sic (ut praemittitur) electi, et deputati p. unam hebdomadam totam functi fuerint hu.moi officio suo, duo alij Clerici, similiter p. rotulum, p. eundem Mag.rum eligantur, et deputentur, portaturi, ut supra p. aliam hebdomadam, et sic hu.moi electio, et Clericorum deputatio p. rotulum, modo, ut supra, perpetuè fiet, et observetur.

Laus Deo Semper.
